



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

De electione Abbatissae. C. IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

fert, & seq. Barbos. de offic. & pot. Epis. par. 3. alleg. 98. nunc 9. non possunt tamen huiusmodi supernumerariae admitti sine Sac. Congregat. licentia ex decreto eiusdem Sac. Congregationis, quod refert Lezan. in Sum. qq. reg. to: 1. cap. 25. num. 6. & tunc quæ ultra statutum numerum recipiuntur, duplēm elemosinam afferre debent, hoc est duplicata summa eius, quæ in receptione cuiusque monialis intra numerum in quolibet monasterio constitutum erogari pro tempore consuevit: ita tamen ut vbi similia quæ confertur, minor est scutis ducentis, ibi saltem ratione duplicate elemosinæ soluenda sint scura quadringenta, ut decreuit Sac. Congr. teste Vulp. in Præciudic. cap. 4. num. 13. Lezan. in sum. to: 1. cap. 25. nu. 6. Quarant. in ver. mon. ferta monialium.

Quæ vero supra numerum præsum recipiuntur, in locum monialium decedentium intra numerum nequam subrogātur, neque impedimento sunt, quin aliae in locum carumdem ex numero demortuarū recipi eo modo valeant, quo in singulis monasterijs moniales intra numerū possunt admitti; quinimodo sic supra numerum receptæ supernumerariae semper quoad hoc remanent, etiam in ceteris ab alijs nihil differant, ut censuit Sac. Congreg. apud Quarant. & Lezan. locis cit. Barbos. d. p. 3. all. 98. na: 4.

4 Adde, quod non possunt ultra duas sorores in eodem monasterio habitum regularem suscipere, & professionem emittere abs-

que Sac. Congregationis licentia: & si haec licentia obtenta tertia, soror ad habitum admittatur, voice actua, & passua tamdiu carere debet, quoique altera ex eisdem duabus sororibus vitam scū morte commutauerit; dotemque duplicitam tenetur soluere, quantum intra, triplicatam vero, si supra numerum existat, talique casu adimpleri debent conditio-nes in licentijs pro monialibus supernumerarijs concedi solitis; vbi vero laudabilis consuetudo inoleuit, vel Pontificia constitutio-ne cautum est, ne duæ sorores in eodem monasterio habitum suscipiant, ita obseruari debet, ut rescripsit Sac. Congr. ad Archiepiscopis Bracharen. sub die 26. Augu-sti 1616 teste Lezan. in summ. qq. reg. to. 4. ver. moniales num: 6:

S V M M A R I V M:

1. Potest Episcopus interesse electioni quacunq; Abbatissarū etiam exemptarum.

2. Quando Prælati Regulares te-nentur Episcopo significare diem electionis Abbatissæ.

3. Abbatissa per vota secreta esteli-genda, quæ statim praescriptam in Concilium Tridentino habeat

4. Non potest eligi ad vitam, sed per triennium.

An post elapsum triennium possit iterum eligi, ibidem.

5. In huiusmodi electione ex tripar-tito numero monialium due par tes concurrere debent.

6. An per Concilium Tridentinum sublat. fuerit forma capuzia-pro-

- propter de electo.
 7 Quid si Moniales in electione discordes fuerint.
 8 An monialis vidua, vel alias corrupta possit eligi in Abbatissam:
 9 Et an monialis illegitima ad huiusmodi munus assumi possit.
 10 An Prelati dictarum monialium possint in predicta illegitimitate dispensare. 4

C A P. IV.

De electione Abbatissæ.

Dicit Episcopus una cum superioribus regularibus electioni quarumcumque Abbatissarum per se, sive per alium interesse ex Constitutione Greg XV. 5 incip. Inscrutabili, & ideo tenentur Regulares Episcopo significare diem electionis Abbatissæ, eumque ad præfinitum tempus expectare, si antea ipse expressè declarauerit, se ut velle facultatem sibi hac in parte attributa ita, vt post dictam declarationem licet Episcopo censuris, & alijs penitentiis punire Regulares, qui ante tempus significatum, aut die electionis eidem non prænunciata ad Abbatissæ electionem processerint, ita declarauit Sac. Congreg: in resp. ad dub. 25 super ead. confitit: ut refert Barbos: post 3. par. Tract. de officiis pot. Episc. fol. 55. & seq. Lezan in Sum. qq. reg. to. 1: 7 cap. 25. nu. 46. Vulp: in Prax. Iudic. cap. 42. num. 28.

3 Eligi autem debet Abbatissa.

per vota secreta iuxta Tridentinum sess: 25. de Regul. cap. 6. quæ habeat etatem praescriptam in eodem Concilio loco cit. cap. 7. ut notant etiam Doctores apud Barbos. d. par. 3. all. 100. num. 17: ubi etiam dicit, quod electio aliter facta nullius esset roboris.

Nec potest eligi ad vitam, sed per triennium: & postea a regimine, & administratione monasterij debet abstinere per triennium a die finitæ administrationis: quo elapsa seruata forma eiusdem Concilij iterum, ac plures eligi potest per Constitutionem Greg. XIII. incip. Expositum debitum, quam refert Vulp. in Prax. Iudic. cap. 4. num. 14. Lezan. in Sum. qq. reg. tom. 1: cap. 26. num. 4. Quaranta in ver. Abbatissa.

In huiusmodi verò electione ex tripartito numero monialium duæ partes concurrere debent, nisi alia aedes loci consuetudo ex decreto Sac. Congreg. apud Pias. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. num. 57. vers. in monasterijs.

An verò per Concilium Tridentinum sublata fuerit forma c. quis propter de electo. non fuisse sublata. sed adhuc in suo robore permanere dicit Barbos. d. par. 3. all. 100 num. 17. ubi citat Fr. Emm. in Sump. t. cap. 202. num. 2. Zerol. in Prax. Episc: par. 1. ver. Abbatissa. §. 6. Azorin. tit. mōr. par. 1. lib. 13. cap: 10. quaest: 2. Sigism. à Bonon. de elect. dub. 27. nu: 10. & 11.

Si Verò Moniales in electione huicmodi fuerint discordes, potest Episcopus nominare unam, quam magis idoneam iudicauerit

rit, ut censuit Sac. Cong. teste Pia-
sec. loco cit.

- 8 Quæres, an monialis vidua pos-
site eligi in Abbatissam? negatiuè
respondet Ricc. in Collect. decis.
2415. par. 6. Lezan. in Sum. qq. reg.
tom. I. cap. 26. numer. 5. & 7. & alijs
Vnde ad hoc requiri dispensatio-
nem Papæ censuit Sac. Cong. apud
Di. in par. 3. tr. 2. ref. 99:

Addunt alijs apud Barbos: d. all.
100. num. 14. ab hoc munere ex-
cludi eas omnes, quæ virgines nō
sunt; & ideò si monialis corrup-
pta occulta eligatur, tenetur se-
excusare prout melius potuerit,
nè suum defectū prodat, ut d. Le-
zan. in. loco cit.

- 9 An verò monialis illegitima abs-
que dispensatione Papæ possit in
Abbatissam eligi? negat Nau. in
man. cap. 27. num. 201. & alijs plu-
res apud Barbos. ubi supr. nu. 13.
sed contrarium tenet Lezan. in
Summ. tom. I. cap. 26. nu. 6. & hanc
sententiam videtur approbase
Sacra Congregatio, quæ censuit,
moniales ex illegitimo thoro na-
tas sub constitutione Sixti V. cō-
tra Regulares illegitimos nō cō-
prehendi, quomodo ad officium,
vel dignitatē Abbatissæ, seu Prio-
rissæ eligi possint, ut refert Dian. 10
par. 3. tr. 2. ref. 101. vbi etiam notat
quod stando in prima sententia
possunt Prælati dictarum monia-
lium in prædicta illegitimitate
dispensare.

12 habet in moniales etiam exem-
ptas.

- 2 Episcopus punit Regulares, &
alios exemptos, qui circa clausi-
ram delinquent.

3 Episcopus quoad obseruantiam
clausure visitare potest monia-
les etiam exemptas.

- 4 Item potest suo edicto impone-
re penam excommunicationis
late sententiæ contra aperientes
ostium clausure extra casus in-
digentie, vel colloquentes cum
monialibus.

5 An hæc excommunicatio liget
Regulares.

- 6 In edicto Episcoporum prohibi-
bétium accessum ad monasteria
monialium non comprehendenduntur fœminæ.

7 Patres, & filij monialium pos-
sunt eas alloqui sine licentia.

- 8 Licentia colloquendi cum mo-
niali concessa religioso extendi-
tur etiam ad ejus socium.

9 Excommunicatio lata contra
alioquenter moniales, non cō-
prehendit alioquenter Nouitias.


- Nouitiae in odiois non veniunt
appellatione monialium, secus
in favorabilibus, ibidem.

Ad quem spectet dare licentiam
ingrediendi monasteria monia-
lium, vel cum eis colloquendi.
Quando Regulares colloqui pos-
sint cum monialibus.

- An nomine Vigilie veniat qua-
tuor tempora.

S V M M A R I V M

- 1 Episcopus in ijs, quæ ad clausu-
ram spectant, Iurisdictionem



CAP.